



Q. D. B. V.
DISSE^{1761.}TATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE 1758, 2.
RAPTU VIRGINUM,
QUAM
DEO SOLO PRÆSIDE
EX HONORIFICO
ILLUSTRIS FACULTATIS JURIDICÆ
DECRETO
IN ALMA ARGENTORATENSIVM 22
UNIVERSITATE
PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE CONSEQUENDI
DIE XIX. DECEMBERIS A. R. S. MDCCCLVIII.
SOLENNI ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBJICIT
F. XAVERIUS REBANIER,
SELESTADIENSIS.
AA. LL. ET PHIL. MAGISTER.
H. L. Q. C.

Argentorati,
Typis SIMONIS KÜRSNERI, Cancellariæ Typographi.

1100

D E O ,
P A T R I Æ ,
P A R E N T I B U S ,
P A T R O N I S
A T Q U E
A M I C I S .

Quid inter-
Est , in matrona , ancilla peccava togata ?

HORATIUS.



DISSE^TRAT^O IN A^UG^UR^AL^IS
JURIDICA
DE
RAPTU V^IRGINUM.

§. L.

Virginitas, quod semper & præprimis
æstimata fuerit, non solum Christia-
ni, sed & Ethnici exemplis suis pro-
bant non obscuris; atque tot Virgi-
nitatis laudatæ luculenta nobis exhibentur docu-
menta, ut præter sacras vel Veteris, vel Novi Te-
stamenti literas eam pro merito prædicantes encomia

ejusdem æque ac pretium alibi (a) etiam extolli affatim videamus.

(a) Scilicet Ethnicos eam prædicasse, CICERO *de Leg.* 2, 12. his verbis exponit : VESTÆ colendæ VIRGINES præsent, ut advigiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura feminarum omnem castitatem pati. Item Græci jubebant olivam, cum plantaretur, & legeretur a mundis pueris & virginibus operandam; recordati, & æstimantes olivam ex eo, quod huic arbori præsul esset castitas, quam sæpius virginitatem vocamus. Inde HORATIUS 3. *Oda* 24, 22. : Metuens alterius viri certo fædere castitas. Et PLINIUS verecundiae extollendæ studens dicit : VIRGINALIS verecundia. §. 16, 2. Imo laudatus CICERO *Tusc.* 1, 30. virgines & castos diis æquiparat, & ait illos, qui se humani vitiis contaminassent &c. iis devium quoddam iter esse, seclusum a consilio deorum. Qui autem se integras castosque servassent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio, seseque ab his semper servassent, essent que in corporibus humanis vitam imitati deorum, his ad illos, a quibus essent profecti, redditum facile patere.

Christiani post sacram Scripturam non satis deprædicari posse virginitatem existimant. Inter alios AMBROSIUS utitur his verbis : Nuptiae terram replent, VIRGINITAS Paradisum. Q. 1. XXXII. c. 12. Quamvis IDEM illam aliis suadeat, non præcipiat; dum ait : sola est enim virginitas, quæ

*quaे suaderi potest, imperari non potest: res magis voti, quam
præcepti. Q. i. XXXII. c. 13. &c. &c.*

§. II.

Ex his Virginitatis, virginum (quibus Matronas, honestasque viduas, multo magis sanctimoniales annumeramus) (a) supra allatis brevissime encimis colligitur satis, quod earundem violatio eo maius sit crimen, quo meliori a Christianis æque ac Ethnicis commendantur modo: atque, quod, si & præcipuum Juris naturalis præceptum SOCIALITER VIVERE * probe inspiciamus, & genus turbationis consideremus, severissimis multanda sit poenis. Hæc violatio autem vel fit stupro, vel adulterio, vel subinde incestu conjuncto, vel raptu. De his omnibus ex professo agere delictis animus non est, sed solummodo, quatenus inscriptio dissertationis exhibet, *de Raptu Virginum* quædam breviter tractabo, cætera crimina tamen, quatenus vel affinia sunt, vel plane nostro delicto conjuncta, non omittendo.

(a) Quemadmodum JUSTINIANUS Imperator in *Lege unica*
Cod. de Raptu Virginum &c. eas quoque Virginibus ac-
 censet.

* Utique ejusmodi violatores jam ex hoc generaliori Juris
 naturæ præcepto puniendi sunt: dum enim Jus naturæ
 dicit: *Societas humana est conservanda*, omnes faniores
 gentes exinde deducunt, ergo *is*, qui *turbat hanc societa-tem*,
est puniendus: ex qua gentium conclusione postea
 jus uniuscujusque populi Civile addit, qua demum pœ-
 na talis turbator sit excipendus. Atque dum ejusmodi
 violationes maximi momenti sunt turbationes, etiam pœ-
 nas merentur severissimas, a Jure Civili dictandas: velut
 infra latius nonnihil deducemus.

§. III.

Raptus *in genere* est vel violenta publica-
 que rerum ablatio, (a) vel virginum, mulie-
 rum, aut monialium abductio, libidinis ergo fa-
 cta. (b) In primo sensu raptus vocatur potius ra-
 pina; (c) cum verbo RAPTUS *proprie* violentam
 mulierum receptionem intelligamus, (d) Et in hoc
 sensu ejusmodi raptus crimen committentes stupra-
 tores, (e) plerunque & proprie tamen raptiores, (f)
 ac

ac in significatione iterum latiore adulteri appellantur. (g)

(a) L. 1. §. 1. vers. publice interest nihil RAPI. §. 2. vers. RAP-
TUM quid sit &c. in f. verb. RAPI. ff. de incend. ruin. &
hunc terminum in toto fere citato titulo invenire licet.
Inde raptor rerum dicitur ille, qui bona aliena vi rapit & aper-
te. L. sed eximendi. 4. pr. ff. Ne quis eum, qui in jus, ibi :
Eripere enim est de manibus auferre per RAPTUM.

(b) d. L. un. Cod. de Rapt. Virginum, viduarum &c. & L. 54.
Cod. de Episc. & Cler.

(c) §. ult. vers. qui RAPINAM passus est. Inst. de vi bon. rapt.

(d) d. L. un. Cod. d. t. & d. L. 54. Cod. d. t.

(e) §. Item Lex Julia de adulteriis. 4. Inst. de publ. jud.

(f) §. Item Lex Julia de vi publica. 8. vers. tunc RAPTORES.
Inst. d. t. d. L. un. Cod. d. t.

(g) d. §. 4. Inst. d. t. & sic quoque intellexit MARTIALIS
Epigram. Lib. 3. versu sequenti :

Quis tibi persuasit nares abscindere Macho?

Nil hac &c.

§. IV.

Est ergo *Raptus* in specie & quatenus tantum
homines respicit, violenta virginum, mulierum,
aut

aut monialium de loco in locum abductio libidinis ergo facta: (§. 3.) distinguitur autem raptus a stupro, quod hoc etiam sine vi (a) committatur, nec abductio intercedat. Quam ob rem stuprum dispeſcitur in *voluntarium*, quod cum volente, & parum reluctante committitur; (b) & in *violentum*, quo vi adhibita comprimitur foemina soluta. (c) E contra vero raptus semper violentus esse censetur, etiamsi rapta, persuasionibus seducta, consenserit. (d) Deinde stuprum committitur tantum cum soluta, sive illa virgo sit, sive vidua honeste vivens: (e) e contra raptus non tantum cum soluta, verum etiam cum matrimonio juncta, sanctrimoniali, imo sponsa sua, committi dicitur. (f).

(a) §. 4. vers. sed eadem Lege Julia. Inſt. de publ. jud.

(b) d. §. 4. Inſt. d. t.

(c) Conſt. Crim. art. 119.

(d) d. L. un. vers. sive volentibus, sive nolentibus Cod. d. t.

(e) d. §. 4. Inſt. d. t. Honeste autem vivens ex ratione Juris Civilis omnis ea dicitur, quæ corpus suum non vulgat, id est, quæ corpore suo quæſtum non facit.

(f) d. L. un. pr. Cod. d. t. L. 5. L. 54. Cod. de Epift.

Et Cler.

§. V.

§. V.

Stupri porro violenti consummati poena mors est,
 attentati poena arbitaria; (a) voluntarii Jure civili
 in honestioribus publicatio dimidiæ partis bonorum:
 in vilioribus fustigatio cum relegatione: (b) raptus
 vero poena, si virgo aut vidua honesta rapta fuerit,
 sive nolens sive volens (c)*, semper mors est, &
 amissio bonorum ipsis mulieribus applicandorum. **

(a) d. Conf. Crim. art. 119.

(b) d. §. 4. Inst. d. t.

(c) d. L. un. Cod. d. t.

* Imperator JUSTINIANUS perelegantem ibi addit rationem:
*Si enim ipsi raptore metu vel atrocitate pane ab hujusmodi
 criminis se temperaverint, nulli mulieri sive nolenti sive vo-
 lenti peccandi locus relinquitur; quia hoc ipsum velle mulie-
 rum, ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam,
 inducitur.*

** Aliæ poenæ huic criminis raptus dictate mox infra afferun-
 tur, cum jam satis per hanc poenam a stupro distinguatur.

§. VI.

Si autem matrimonio juncta fuerit rapta, du-

B plici

plici raptor tenetur crimine , tam adulterii (a) quam raptus ; & consequenter acerbius est puniendus . Duplex enim crimen maiorem pœnam mereatur , quam simplex ; (b) uti & si sanctimonialem quis vi rapuerit : cum hic non solum ad injuriam hominum , sed etiam ad ipsius omnipotentis Dei irreverentiam delictum commiserit (c) .

(a) Pœna adulterii vid. in Leg. 30. Cod. ad L. Jul. de adult. § L. 18. Cod. de transact.

(b) d. L. un. vers. Quæ multo magis. Cod. d. t.

(c) d. L. un. pr. Cod. d. t. L. 5. L. 54. Cod. de Episc. § Cler.

S. VII.

Nec sufficit capitis supplicium , & amissio bonorum pro pessimo tali criminis coercendo , sed & raptæ virginis vel viduæ &c. prohibetur , ne raptorem sibi maritum exposcat . Et quamvis parentes , qui voluerint legitimo eam copulare possint matrimonio , tamen licentia eis non conceditur raptorem eligere , qui hostili more matrimonium studuit sibi conjungere . (a)

(a) d. L. un. vers. nec sit facultas. Cod. d. t.

S. VIII.

§. VIII.

Pœnæ hæ in §. 5. 6. & 7. allegatae non solum
feriunt raptore, sed etiam conscos, ministros, re-
ceptatores aut quacumque opem ferentes, cuius-
cunque sexus, dignitatise fuerint, convictos tan-
gunt; parentes vero consentientes deportantur. (a)
Nec forum hujus criminis post legitimas & juri co-
gnitas probationes præscribitur. (b) Quæ omnes
pœnæ etiam obtinent, et si rapta vel libertina vel
serva fuerit, imo legis severitas eo tendit, ut, si in-
venti fuerint in ipso raptu, & in flagrante crimine
comprehensi & a parentibus virginum & ingenua-
rum, vel viduarum, vel foeminarum jam antenomi-
natarum, aut earum consanguineis, aut a tutoribus
vel curatoribus, patronis vel dominis convicti in-
terficiantur.

(a) d. L. un. vers. penas autem. cod. d. t.

(b) L. 54. vers. fin autem. Cod. de Episc. & Cler. L. 1. Cod. ubi
de crim. & hac L. un. vers. post legitimas. Cod. h. t. Nec pote-
runt tales personæ appellare, b. L. un. vers. Raptor autem.
Cod. Theod. de Rapt. Virg. quæ est Constitutio CONSTAN-
TINI Imperatoris.

§. IX.

Etiam , si sponsus sponsam per vim rapere auctus fuerit, his poenis videtur esse subjectus; neque poterit eam , utut consentiente ejus patre ac crimen remittente , uxorem ducere. (a) Servi vero raptoris , raptui assistentis , poena est combustio.

(a) d. L. iii. §. 3. C. d. t.

§. X.

Ex §. quoque sexto colligimus, quod poena raptus locum habeat, licet foemina raptui consentisset. Sed quid si citra ulla raptoris persuasiones raptori sponte, neque coacta consentiat? DIONYSIUS GOTHOFREDUS (a) ex Hypolito Marsilio (b) existimat nuptias hoc in casu non impediri. Quibus ego subscribo ex eo, quod odia sint restrin- genda & favores tantum ampliandi, (c) præ fertim si eadem legis ratio non amplius militet; quæ est, ut vel persuasionibus inducat mulierem raptor, vel vi eam abducat. Idque eo magis obtainere vi detur, eo quod volenti non fiat injuria. (d)

§. XI.

- (a) ad d. L. m. cod. d. t. lit. (e)
- (b) Cons. 61. n. 23.
- (c) C. 15. de R. J. in 6to.
- (d) C. 27. de R. J. in 6to.

§. XI.

Pœna hujus criminis de jure Canonico in Clericis est depositio & dejectio a gradu, in Laicis excommunicatio: (a) quas pœnas raptor de Jure Canonico veteri non evitat, quamvis cum rapta contrahat matrimonium. Recentiori autem Jure Canonico, (b) si mulier rapta in libero loco constituta postmodum in matrimonium consentiat, nuptiæ valent, & pœnam quoque mitigari HAHN ad Wessobrunn enarrat (c).

- (a) Can. 1. 2. 4. XXXVI. Q. 2.
- (b) Can. 4. in f. XXXVI. Q. 2.
- (c) ad L. Jul. de adult. n. 21. addat. Cap. ult. X. b. 2.



COROL-

COROLLARIA.

EX JURE CIVILL.

I.

Fridericus I. Imperator sua constitutione
Legi 1. Cod. si adversus venditionem sub-
nexa legi non derogavit , sed eam confir-
mavit.

II.

Condictio ex Lege 2. Cod. de rescin-
denda venditione non est actio præatoria.

III.

Actio hypothecaria est actio mixta.

IV.

Actio exercitoria proprie non est actio.

EX

EX
JURE CANONICO.

I.

Si quis dicat: *Johannes te despontat*, cum
Johannis nomen non habeat, idque faciat,
ut mulierem deciperet, non potest cogi ad
matrimonium cum illa coeundum.

II.

Error circa personam dirimit matrimonium.

III.

Laici non possunt præscribere Decimas,

IV.

Clerici beneficiati sunt vere domini re-
dituum beneficialium.

EX
JURE PUBLICO.

I.

Civitates Imperii liberæ Illustres Res-
publicæ sunt.

II.



II.

Appellatio a S. Cæsarea Majestate pro-
prie vocatur *appellatio*, & non, ut alii vo-
lunt, *supplicatio*.

III.

Protector eo modo, quo Clientibus se
defendere permisum est, bona fide & in to-
tum proteget.

IV.

Salvus conductus etiam hostibus con-
ceditur.


V.

Tributa in Imperio spectant ad solum
Imperatorem, quamvis hic sine Electorum
consensu vectigalia nova nec imponere, nec
vetera augere vel diminuere hodie soleat.

VI.

Angariæ & parangariæ inter regalia
numerantur.





ULB Halle
005 039 479

3



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

B. V.
UGURALIS JURIDICA
DE

1758, 2.

IRGINUM,

JAM

O PRÆSIDE

NORIFICO

LTATIS JURIDICÆ

RETO

ENTORATENSIMUM

22

RSITATE

CENTIA

QUE JURE HONORES

A DOCTORALIA

NSEQUENDI

RIS A. R. S. MDCCLVIII.

DISQUISITIONI SUBJICIT

S REBANIER,

D I E N S I S.

ILL. MAGISTER.

Q. C.

T O R A T I ,

I, Cancellariæ Typographi.

